



# BOLETIN ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE ASTORGA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA  
**Papae XIII**  
LITTERAE APOSTOLICAE.

(Conclusión.)

Huius disciplinae probe opportunitatem utilitatemque viderant Episcopi veteres, qui summa cum religione sacrificandi munus per dies festos semper usurpaverunt. Quod sane complura christianarum antiquitatum monumenta confirmant: et in iis commemorandum videtur s. Iustini M. testimonium ex Apologia I ad Antoninum Pium (5): in qua posteaquam nitide declarasset, consecratum in Eucharistico Sacrificio panem et vinum «non ut communem cibum et potum sumi» a christianis, sed ut «incarnati Iesu

» carnem et sanguinem», quemadmodum «Apostoli in commentariis suis, quae vocantur Evangelia, tradiderunt», mox graphicè describit rationem totam unde ab initio Ecclesia catholica, per oblationem huius Eucharistici Sacrificii, solemnem cultum Deo optimo maximo exhibere consuevit Dominico quoque die, quem gentiles *diem solis* appellabant, ethnicum Imperatorem his verbis allocutus: «Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eundem locum fit conventus, et commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui praeest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam praeclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus et preces emittimus: atque, ut iam diximus, ubi desimus precarii, panis affertur et vinum et aqua: et qui praeest pre-

(1) In edit. Maurin. pag. 83 n. 61.

» ces et gratiarum actiones totis vi-  
» ribus emittit, et populus accla-  
» mat, *Amen*, et eorum, in quibus  
» gratiae actae sunt, distributio fit  
» et communicatio unicuique prae-  
» sentium, et absentibus per Diaconos  
» nos mittitur». Quod vero s. Iustinus per ea verba *qui praeest* non semel prolati designet hoc loco praesertim Episcopos, in ambiguo esse non sinunt tot illae quae supersunt sanctorum Ecclesiae Patrum orationes seu Homiliae, quas *inter Missarum solemnia* constat esse pro concione recitatas. Sic s. Gregorius M. (1) «quia, inquit, Missarum solemnia ter hodie celebaturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus». Immo in hac re tam constans disciplina tenuerat, ut si forte diebus festis a christianorum conventu abfuisset Episcopus, item si concionem habere aut divinam hostiam littare praetermisisset, novitatem et insolentiam rei haud secus mirarentur omnes (2), quam si diebus iuri dicundo statutis vacuum tribunal, vacua iudicium subsellia cernerentur. Sacris autem in dies festos operante Episcopo, *communis sacrificii* oblatio fieri dicebatur (3); cuius appellationis ea profecto vis est, ut satis significet, praesente populo et pro populo Sacrificium fieri consueuisse—Huc aliud etiam spectat, quod erat in more positum Pontificum Romanorum: ii quippe Dominicis diebus, paracto Sacrificio, quidpiam *consecratorum munera*

mittere ad singulos Urbis Titulos, seu curialia templa solebant, quibus in locis una cum inferioribus animarum pastoribus multitudo adesset, quae adesse Pontifici maximo sacrificanti non potuisset. Quae quidem consecratorum munera pars communis sermone *fermentum* appellata ob hanc caussam censemur, quod sicut modicum fermentum totam, cui iniciatur, farinæ massam conglutinat atque attollit; ita mystico illo quasi fermento populus Urbanus universus in unum veluti corpus coalesceret, ut singulise cum Pontifice maximo fide et caritate coniunctos, et sacrificii, quod ille faceret, participes esse sentirent (1).

Quod si mutata hodie consuetudine, nequaquam singulis diebus festis coram multitudine Episcopi sacrum faciunt, facere tamen pro populo necesse est. Revera Patres Tridentini, qui hoc officium ex praecepto divino repetunt (2), cum deinceps (3) iubent Episcopos curare ut omnes Presbyteri «saltem diebus Dominicis et festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo muneri satisfaciant Missas celebrent», eos profecto tacite monuerunt, ne officio iusto ac debito, quod ab inferioribus animarum pastoribus exigerent, ipsi deessent. Quapropter in Concilio Provinciali Mediolanensi I, cui maxime propria erat decretorum Tridentinorum

(1) Cfr. B. Ios. M. Thomasii Card. Opusc. VI in edit. Rom. Omnia Opp. Tom. VII pag. 51 seqq. Cfr. etiam Augustini Orsi Card. Hist. Eccl. Lib. XXXI, n. 58.

(2) Sess. XXIII, *De Reform.* c. 1.

(3) Ead. Sess. c. 14.

(1) Hom. VIII in Evang.

(2) S. Io. Chrysostomus Hom. I de incomprehensibili Dei natura.

(3) Concil. I Prov. Mechlinien., Tit. de Epis.

promulgatio, praesentibus et suffragia ferentibus iis ipsis Episcopis, qui paulo ante ad sedes suas Tridento reverterant (1), constitutum est: «Cum Pontifices, ut inquit » Apostolus, ex hominibus assumpti pro hominibus constituantur in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis, Episcopus Dominicis et aliis festis diebus, nisi iure impediatur, Missam celebret (2) ».

Quapropter mirum videri non debet, si Theologiae moralis et iuris pontificii doctorum una fere sententia est, officium celebrandi Missam pro populo maiore ratione ad Episcopos, quam ad Parochos pertinere. Omnium loco sit s. Alphonsi De Ligorio, Ecclesiae Doctoris, auctoritas: «Si autem Parochi, et omnes quibus cura animarum commissa est, tenentur in dominicis et festis de pracepto Missam celebrare et applicare pro populo, tanto magis ad id tenentur Episcopi tamquam principaliores animarum pastores (3) ». Cuius doctrinae ratio in eo maxime consistit, cum quod Parochi auctoritate ecclesiastica institutisint, eorum officium ex iure divino, quod *mediatum* et *hypotheticum* vocant, proficiuntur. Contra vero ad Episcopos pastorale munus *immediate* pertinet, quippe quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei: pertinet etiam *principaliter*, quia inest in eis perfecta et plena cura pastoralis, cuius partem dumtaxat Parochi exercent,

Ecclesiae auctoritate sibi demandata. Quod sane paeclare s. Thomas his verbis complectitur: «Episcopi principaliter habent curam ovium suae dioecesis: presbyteri autem curati habent aliquas subministrations sub Episcopis», id est «secundum quod eis ab Episcopo committitur (1) ».

His itaque omnibus diu multumque consideratis, auditisque Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum sententiis, decernimus et declaramus omnes et singulos Episcopos, cuacumque dignitate, etiam Cardinalitia, auctos, item Abbes iurisdictionem quasi episcopallem in Clerum et populum cum territorio separato habentes, in Dominicanis aliisque festis diebus, qui ex pracepto adhuc servantur, et qui ex dierum de pracepto festorum numero sublati sunt, omni exiguitatis redditum excusatione aut alia quavis exceptione remota, ad Missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri.

Et ne cui dubitationi aditus pateat, eosdem Episcopos et Abbes huic officio satis esse facturos per celebrationem et applicationem unius Missae pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures Dioeceses et Abbatias aequa principaliter unitas regant.—Novimus quidem Romanas Congregationes Nostras aliud decrevisse de Parochis duas vel plures parochiales Ecclesias aequa principaliter unitas gerentibus: in quibus singulis singularae per dies festos Missae cele-

(1) Cfr. Orationem a S. Carolo Borromeo habitam.

(2) Tit. de frequenti divini Sacrificii oblatione.

(3) Theol. Moral. Lib. VI num. 326.

(1) 2. 2. q. 184, art. 6 ad 2 et 3. Vide etiam opusc. XIX cap. 4.

brentur et pro populo applicentur necesse est. Sed alia est Parochorum, alia Episcoporum ratio. Etenim cum cuique Parocho specialis in unaquaque Paroecia ac definita populi cura commissa sit, festis diebus Parochus non modo celebrare pro populo debet, sed etiam in parochiale templum populum admittere, ut sacrosancto Missae sacrificio intersit, et audiat verbum Dei, et sacramenta pro opportunitate recipiat, et iis omnibus officiis excolatur, quae diebus praesertim Dominicis aliisque festis praestanda sunt. At non haec valere possunt pro Episcopis, qui dissimili in conditione et causa versantur, cum nulla lege hodie iubeantur omnibus diebus festis sanctum Sacrificium in Cathedrali templo peragere.

Quamquam vero minime necessarium, opportunum tamen ducimus declarare, ea quae supra constituta sunt, ad Episcopos non spectare, qui *Titulares* dicuntur, qui que ad dignitatem episcopalem promoti, ideo a Romano Pontifice titulo decorantur Ecclesiarum Cathedra- lium, quae olim florentes, nunc Cle- ro populoque catholico destituun- tur, ne scilicet antiqua earum dignitas et memoria penitus deleatur, Cum enim ipsi sedium suarum pos- sessionem non capiant, qua dumta- xat suscepta munus, de quo dixi- mus, Episcopi implere tenentur (1), cumque nullus neque Clerus neque populus eorum regimini tradatur, satis constat, eos uti carent usu atque exercitio potestatis ex episco- pali consecratione acceptae, ita

etiam haud esse officiis atque one- ribus curae episcopalis obnoxios. Sed tamen si aequitatis caritatisque episcopalis ratio habeatur, non po- test non consentaneum videri, eos etiam interdum sacrificium offerre, ut respiciat Deus miseram Ecclesia- rum illarum conditionem, quarum titulo et nomine ipsi honestantur. Huic rei optime congruunt quae a Pio VI Decessore Nostro in conse- cratione Episcopi Cyrenensis die IV Octobris an. MDCCLXXVIII in Ba- silica Ostiensi dicta sunt: cum sci- licet enumerans caussas ob quas Apostolica Sedes ecclesias etiam ab infidelibus occupatas conferre solet,

» oportere, inquit, aliquem existere  
» cui singulariter incumbat, si non  
» regere captivam illam miseri gre-  
» gis portionem, preces saltem ac  
» lacrymas pro eadem ad misericor-  
» diarum Patrem assidue effundere».

Volumus autem praesentes Litteras, omniaque et singula in iis contenta inviolabiliter observari, et de subreptionis, aut cuiuscumque in validitatis vicio intentionisque Nostrae et quocumque alio defectu a quoquam notari, impugnari, vel in controversiam vocari nullo un- quam tempore posse; snblata cuilibet aliter de his iudicandi et defi- niendi potestate: et quidquid secus super his contigerit attentari, irri- tum et inane decernimus. Non obs- tantibus Constitutionibus et Ordi- nationibus Apostolicis, etiam in ge- neralibus Conciliis editis, nec non Cancellariae Apostolicae regulis, statutis quoque etiam iuratis, con- suetudinibus etiam immemorabili- bus, atque indultis etiam Apostoli- cis quomodolibet hactenus conces- sis, ceterisque contrariis quibus- cumque. Atque hae Litterae Romae

(1) S. C. Rit. in Marsor. 12 Novemb.  
1831.

publicatae perinde habeantur ac si unicuique eorum, quos concernunt, personaliter intimatae et notificatae fuissent.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrarum Ordinationum et Constitutionum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo octagesimo secundo, IV Id. Iunii, Pontificatus Nostri Anno V.

C. CARD. SACCONI PRO DATA-  
RIUS—TH. CARD. MERTEI.—VISA—  
DE CURA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS  
—Loco ~~Plumbi~~—Reg. in Secret.  
Brevium—I. CUGNONIUS.

### DEL TOQUE DEL ÓRGANO EN LA

*Misa Rezada.*

Creemos oportuno trasladar aqui el juicio emitido por un sabio liturgista italiano sobre el punto que expresa el título de estas líneas; sus consideraciones tienen aplicación entre nosotros, pues es frecuente el toque del órgano en misas rezadas, particularmente en comuniones generales, velaciones y por otros motivos.

Hé ahi el artículo á que aludimos.

Parece que el toque del órgano sea un abuso en las misas rezadas, porque de esta manera el pueblo no puede oir las partes de la misa en que la rúbrica prescribe que el

sacerdote la rece en alta voz para que puedan oirle los fieles. Además, estas partes de la misa sirven tambien, al menos segun el espíritu de la Iglesia, á unir los asistentes al celebrante en las colectas y instruirse en las lecciones contenidas en las epistolas y en los evangélicos. Hé aquí la instrucción que sobre este asunto se encuentra en la obra del canónigo Funagalli de Bergamo, que tiene por título: *el sacerdote celebrante*, cuya producción está en parte fundada sobre el ceremonial de los Obispos y sobre lo que dictan el buen sentido y el espíritu de la sagrada liturgia, siendo muy conveniente que los encargados de iglesias hiciesen que los organistas se atuviesen á estas enseñanzas.

Durante la misa privada el órgano debe tocarse en las partes siguientes:

1.<sup>a</sup> Desde que el sacerdote sale de la sacristía hasta el momento que hace la señal de la cruz para principiar la misa (1).

2.<sup>a</sup> El órgano hace una cadencia cuando, terminada la confesión, el sacerdote sube al altar y se dirige hacia el misal para comenzar el introito.

3.<sup>a</sup> Al terminar la epístola, cuando el ministro dice *Deo gratias*, hasta principiar el evangelio.

4.<sup>a</sup> Al ofertorio, es decir, desde que el celebrante ha dicho *Dominus vobiscum* y *oremus*, hasta principiar el prefacio.

5.<sup>a</sup> Desde el *Sanctus*, hasta el

(1) Si el celebrante es obispo, se toca el órgano al entrar en la Iglesia y durante todo el tiempo en que hace su preparación y se reviste para celebrar hasta el momento en que hace la señal de la cruz para principiar el santo Sacrificio.

per omnia saecula saeculorum, que precede al *Pater noster*.

6.<sup>a</sup> Desde el *Agnus Dei* hasta el momento en que el celebrante, habiendo dicho el *Post communio*, se vuelve al pueblo para decir *Dominus vobiscum* (1).

7.<sup>a</sup> Desde el *Ite missa est* hasta el fin de la misa.

El órgano no se toca durante las oraciones para volverlo á tocar luego que el celebrante haya vuelto á la sacristía (2).

---

#### MISA ÁUREA. VULGO AGUINALDO.

---

Por varios decretos de la Sagrada Congregacion de Ritos, es permitido cantar en los nueve días precedentes á la Natividad de Nuestro Señor Jesucristo, aun en los dobles de primera clase y dominicas, una Misa votiva á la Santísima Virgen, llamada *áurea* ó vulgarmente *de aguinaldo*. Estas Misas se dirán con color blanco y deben ser de las cinco votivas de la Virgen, la que comienza *Rorate*, debe tener *Gloria* y *Credo*; en las Iglesias donde obliga la Misa conventual

---

(1) Si se dá la comunión á los fieles, cesa el órgano desde el *confiteor Deo* hasta el último *Domine non sum dignus*.

(2) Si el celebrante es obispo, el organista hace una corta cadencia después del *Ite missa est* hasta la bendición para volverlo á tocar inmediatamente después, si el obispo no es el ordinario del lugar, ó hasta después de la publicación de las indulgencias si es el ordinario.

cantada ó rezada, deberá tener una sola *oracion*; y segun la opinion más probable de los Autores ó Maestros de sagradas Rúbricas, en aquellas Iglesias donde se cante ó rece ademas de la *votiva* otra Misa, tendrá igualmente una sola *oracion*, pero en las que solo tenga lugar la indicada *votiva* se dirán todas las conmemoraciones que se indiquen en el oficio. El Prefacio será de la Virgen, *in venerazione*, y el último Evangelio de San Juan; pero si hubieran de decirse las conmemoraciones del dia, en las temporas se dirá el Evangelio de éstas, lo mismo que en la Dominicana. En el dia de la *Expectacion* de nuestra Señora, se cantará la de esta festividad, y no la votiva. En todas ellas se dirá *Ite Missa est*.

---

#### CULTOS RELIGIOSOS.

---

Con la solemnidad de costumbre se ha celebrado en esta Sta. Apostólica Iglesia Catedral la festividad de la Inmaculada Concepción de la Sma. Virgen María.

La Asociación de Hijas de María dedicó á su excelsa Patrona, en preparación á la fiesta de la Purísima Concepción, una solemne novena en la capilla de San Felipe Neri; celebrándose todos los días la Sta. Misa,

y por la tarde, despues del Rosario, se cantó la Letanía, á la que siguió la novena, terminando con los gozos, tambien cantados.

En el último dia hubo Misa de Comunión general, y á las 11 se celebró la solemne, con exposición de S. D. M., que quedó expuesto hasta las tres de la tarde, en que, después de los ejercicios de los demás dias, se pronunció un sermón, terminando con la reserva del Santísimo.

En el domingo de la infraoctava celebró tambien en este año el Seminario Conciliar de esta Diócesis su acostumbrada función á su Inmaculada Patrona. En el sábado por la tarde hubo vísperas, cantadas por la capilla de la S. A. I. C., con asistencia de los Sres. Superiores, Catedráticos y alumnos internos y externos; y desde las 7 y media á las 9 de la noche se iluminó con brillantéz y buen gusto la fachada principal del edificio, quemando tambien vistosos fuegos artificiales y amenizando el acto la banda de música de la población con las piezas religiosas que ejecutó en este tiempo.

A las 11 de la mañana del siguiente dia fué la Misa con toda solemnidad, oficiada por la mencionada capilla, estando el sermón á cargo de un Sr. Catedrático.

La abundancia de nieve que cayó en la noche del sábado, impidió

que se sacara en procesión por las calles de costumbre la imagen de la Santísima Virgen; pero se hizo por el espacioso claustro bajo del Seminario á las tres y media de la tarde de este dia, despues del rezo del Sto. Rosario, cantándose mientras tanto la letanía lauretana.

En la Iglesia del convento de Sti. Spíritus hubo el domingo primero del mes la función al Sagrado Corazón de Jesús con gran solemnidad y asistencia de fieles, que igualmente asistieron á los cultos que se tributaron á la Santísima Virgen en la Catedral, en el Seminario y en S. Felipe Neri.

---

### Breve Reseña

#### DE LA VIDA

#### DE SAN LORENZO DE BRINDIS.

---

(Continuacion.)

Y para que se vea que no exageramos, dejemos hablar al R. P. Severo de Lucena, Provincial que mas tarde fué de Valencia, quien, escribiendo á los RR. PP. Provincial de Cataluña y Guardian del convento de Monte Calvario, dice así: «Don R. Calderon escribió un billete al P. Brindis, en que le rogava se viniera con él, porque tenía que decirle de parte de su Md; y así le vió y le dijo como su Md. había holgado de su llegada, y mandado que le ospedasen en S. Gil; y que le daria audiencia al dia siguiente

á las 11 oras, como se hizo. Dejo otras cosas que huvo en esto y las caricias del Sr. Duque de Lerma; y como le proveen de palacio al dicho Padre, y quan acogido y estimado ha sido; sino veniendo á nuestro casso, passa assi: que la Reyna Ntra. Sra. mandole fuese á ver al P. Brindis, y assi lo cumplió, el otro dia que havia besado las manos á su Md; y ha sido tan grande el gusto que ha tenido con él como si viera un hermano. Desto y de la opinion grande que se ha esparcido de la persona del P. Brindis: toda la Corte ha hecho muy grande estimacion del, y an estado abiertas las puertas de palacio para su Paternidad como privado y valido de casa: y quando tarda dos dias de ver á la Reyna lo envia á llamar y vezes se le an pasado dos horas hablando con su Md. y la vispera de la vispera de Ntro. P. S. Francisco le dijo la Reyna que nos queria convidar á todos para la fiesta, y assi lo hizo.. Y el Rey le llama á menudo y le oye como á su hermano, y es tan efficaz y acertado en el razonar, que concluirá todo lo que trae á cargo muy á gusto.. y (el Principe) quiere al P. Brindis que es cosa de ver;».

Facil es de presumir, segun la devucion que los piísimos Reyes Felipe y Margarita tenian al P. Brindis que se arreglaría la liga de los católicos contra la Union protestante, favorecido á la razon por Enrique IV de Francia, para lo cual había venido á España S. Lorenzo, obteniendo á la vez permiso para hacer fundaciones de Capuchinos en las dos Castillas, á pesar de las contradicciones que habia, y dando la ultima mano á la árdua empresa de la expulsion de los moriscos de Es-

paña, de la cual salieron en número bastante considerable.

No solamente esto hizo estando en Madrid, sino que tambien curó á Domilila, dama de honor de la Reyna que se halla imposibilitada por espacio de 14 años. Y para probar que un poco tierra que dió á Doña Margarita de Austria, esposa del Rey de España, era tierra del Monte Calvario, regada con la preciosa sangre de Nuestro Redentor Jesucristo, manda traer unos corporales y echándola en estos, empezó la tierra á destilar sangre en tanta cantidad que tiñó los corporales (1).

(Se continuará.)

## ANUNCIO.

### Interesante.

Los Sres, Sacerdotes que habían dejado encargados en esta IMPRENTA los Manuales de administracion de Sacramentos, pueden pasar ó mandar personas á recojerlos, pues se hallan ya encuadernados y puestos á la venta. Tambien hay un abundantísimo surtido en Calendarios americanos **religiosos**, á precios económicos.

(1) Bullar. Capuce, tomo 5, fol. 361 y la carta del R. P. Severo, arriba citado, fol. 574—575 de la vida, etc. de S. Lorenzo, edición de Barcelona, año 1881.

Astorga:—1882.

Imp. y Lib. de L. Lopez, Rua 5.